



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

Pars Decima Tertia. De Bonis Traditis Tempore Corbeiensis Abbatis
Thiatmari Ab Anno 983 Vsque Ad A. 1001.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA TERTIA,

IN QVA

RECENSENTVR BONA TRADITA

SVB REGIMINE

ABBATIS CORBEIENSIS

T H I A T M A R I

AB ANNO 983 VSQVE AD 1001.

REGNANTE

ATQVE

IMPERANTE

OTTONE TERTIO.

TRADITIONVM CORREBIENSIVM
PARS DECIMA TERTIA

REXERUNT ROMA TRADITA

ABBATIS CORREBIENSIS

T H I A T M A R I

ANNO DNI MCCLXXII

REXERUNT

INTERVNT

OTTO III TERTIO



§. 424.

Tradidit immed pro halui proximo suo in *meynmodeshuf* (g) I familiam.

§. 425.

Tradidit thiadolfus pro se et fratre suo bernhardo I familiam et I mansum in *holtuf* et in *lindduri* (h)

tradidit asic comes pro fratre suo luidhario II familiam et I mansum in *eccanhus* (i)

tradidit thiadricus comes pro se coniuge sua et liberis I mansum et II familiam in *lauingi* (i).

§. 426.

- (g) Villa *Meynmodeshus* tribuitur ab abbate Sarachone in R. B. et P. A. C. De villa Enterigawi, quem in comitatu Hoiano ad Visurgim et porro Mindam usque quondam exstitisse, iam supra diximus. Quinam vero vicus an *Mellinghusen* seu *Millinhusen* sub praefectura Siedenburg, vel *Maesfen* sub praefectura Hoia, vel *Maesfen* sub praefectura Siedenburg, vel *Maleringhusen*, vel *Meininghusen* sub praefectura Alten-Bruchhausen designetur, definire nondum audemus. Illud interim nobis probabile videtur, *Immedum*, qui in hac villa bona sua tradidit, ad Widikindeam gentem, quae eadem in regione bona possedit hereditaria, spectasse. Fortasse is erat pater Meinwerci, episcopi Paderbornensis, *Immedus*. Quem nisi credas fuisse, eius, qui bona tradidit, *Immedi* genealogicam copulam cum stirpe Widikindea monstrare perquam erit difficile. Quis *Halui* eius proximus fuerit, laet.
- (h) *Holtbus* et *Lindduri* villae erant, eodem Sarachone teste, in pago *Agrotungun*. Designari vicus, *Holtbusen* in comitatu Lingensi, et *Linderen* in inferiori episcopatu Monasteriensi, statuimus. Cum autem eadem in regione comites Tecklenburgici bona sua hereditaria habuerint, *Thiadolfum* et *Bernhardum* ad progenitores comitum Tecklenburgicorum et Lingensium retulimus §. 104. not. (n).
- (i) Villas *Eccanhus* et *Lauingi* exstitisse in pago *Derlingo*, docuit nos Saracho abbas De villis l. c. *Lauingi* villa procul dubio est locus *Lauingen* intra praefecturam Königs-lutter in Principatu Wolferbuttelano. Quenam autem sit villa *Eccanhusia*, in disceptationem venit. In censum veniunt villae haud vnae, vel vicus *Eicen* iter dimidia hora

Ab anno
937 usque
1001 re-
gnante
Otto-
ne III.

§. 426.

Tradidit thiadmarus pro se I familiam in *thiekburiun* (k).
tradidit gherfridus pro se I molam ad *tithemudele* (l).

§. 427.

Tradidit ekbertus (m) pro proximo suo thiadmaro clerico I familiam
in *berghstallum* et pro se IIII mansos et iugera XV in *natbesungun*.

§. 428.

horæ distans ab oppido Scheppensted in Principatu Wolfenbüttelæ, vel vicus *Eikbof* intra præfecturam Githorn. Negare autem non audemus, indicari præterea, posse villam quandam desolatam, cuius situs nobis nondum cognitus est. Arbitrari libet, *Asiconem*, *Luidbarium* ac *Thiadricum* comites progenitoribus comitum Walbeccensium, Supplinburgicorum ac Sommerchenburgicorum, quorum bona hereditaria quondam in pago Derlingo sita erant, inferendos esse, et propterea eos consanguineos abbatis Corbeiensis *Thiadmari* fuisse. Vidimus enim iam supra §. 188 et §. 411, *Thiadmarum* abbatem fuisse filium dicti *Luidbarii*. Arbitramur itaque porro, eandem consanguinitatem, *Asiconi* et *Thiadrico* cum abbate nostro *Thiadmaro* intercedentem, impulsisse eos, ut dona memorata in villis prædictis ecclesiæ nostræ tradiderint. Occasio autem eadem bona tradendi erat præsentia ducis *Heinrici* in monasterio nostro Corbeiensis. De ea quidem iam supra §. 104. not. (n) et §. 188. e Chronico nostro coetaneo et Ditmaro episcopo Merseburgensi egimus. Hic vero versus eam debemus in memoriam reuocare, ut pateat cunctis, eadem hæc bona fuisse tradita anno 984, cum *Asic* ac *Thiadricus* comites in nostro monasterio præsto erant et se *Heinrico* duci conciliare tentabant. Hic vero illos fauore dedignabatur suscipere. Alio tempore eosdem comites intra abbatiam fuisse nostram, non legimus. Credimus ergo, magna veritatis specie moti, eos anno 984 bona illa sua ecclesiæ Corbeiensis dedisse. Abbatem nostrum torumque conuentum Corbeiensis ægre tulisse, quod patrum sui a duce *Heinrico* contempti fuerant cum fastu, quilibet facile cogitare et sibi persuadere potest. Minime itaque mirum videri nobis debet, si illi Comites omnem mouerunt lapidem, ut ducem *Heinricum* apud omnes et amicos et cognatos suos inuisum redderent. Nec eos vindictæ cupidos ab insectando illo destitisse prius, quam *Heinricum* ea potestate priuarent, qua gaudebat imperioque imminebat, facile est diuinatum.

De villa
Thiekburiun
in pago
Nithega.

(k) Villa *Thiekburiun* collocatur ab abbate Sarachone l. c. in pago *Nithega*, quem in episcopatu Paderbornensi ad fluium dictum die Neite existisse, iam supra vidimus. Quo autem in loco eadem villa steterit, nondum indicare possumus. Fortasse illa latet in castro Dringenberg, haud procul a castro Driborg in episcopatu prædicto. Si autem is locus non placet, placet fortassis locus, ubi adhuc reperitur mola dicta die Tuckmühle, quæ a villa nostra nomen retinuisse videtur, quæque ad nobiles dominos de Spiegel pertinet. Interim *Thiadmarum* poteris referre ad familiam Brunonianam. Probabilissime is erat *Thiadmarus*, qui fuit filius *Brunonis* et pater *Esici*, de quibus egimus supra §. 104. not. (n).

De villa
Tithemudele.

(l) *Tithemudele* villam esse eandem villam, quam supra §. 414 in pago *Itergowie*prehendimus, e nostro patet Registro. Refert enim eandem villam Saracho ad *Itergowie pagum*. Statuimus ergo, intelligi vicum *Dommel* in præfectura Eisenberg in principatu Waldeccensi. De *Gherfrido* conf. §. 104. not. (††).

De Ek-
berto
monoculo.

De villa
Berghstallum
in pago
Derlingo.

(m) Præstantissimum aggredimur §. multum facientem ad veram demonstrandam originem Brunuicensium comitum. Opus itaque erit, ut omnia in eo explicemus planissime. Quod ergo primum ad villam *Berghstallum* attinet, tribuit eam Saracho abbas in suo Registro *pago Derlingo*, atque eam ob causam putamus, intelligi vicum *Bersel* haud procul ab oppido Osterwick in principatu Halberstaden, ad iura spectantem dominorum de Rossing, eumque probe discernendum.

dum esse 1) a *Borsfel* in praefectura Furstenu in Osnabrugensi episcopatu, 2) a *Borsfel* in praefectura Nienburg, 3) a *Lutgen-Borsfel* in praefectura Hoja, 4) a *Borsfel* in praefectura Siedenburg, 5) a *Borsfel* in praefectura Stoltzenau, 6) a *Thiarvico Borsfel* ad monasterium Heiligenrode in praefectura Sieck spectante, et 7) a *Borsfel* in praefectura Westen in comitatu Hojano. *Nathesungun* villa porro fuit, eodem Sarachone l. c. teste, in pago *Nithega*, quem in episcopatu Paderbornensi existisse, iam saepius diximus. In eodem autem episcopatu haud procul ab oppido Borchholte olim duae fuere villae dictae *Natzungen*, quarum altera appellata *Nederen-Natzungen*, quae desolata est, altera autem adhuc superest, atque haec nominatur *Natzungen*, iacetque inter Borgentrich et Borcholte oppida. Quondam in eadem villa erant quidem ministeriales Corbeiensis dicti de *Nathesungun*, vti testantur litterae abbatis Wibaldi, quas accipe:

et guber-
nante
Corbe-
iam
Thiar-
maro,
De villa
Nathe-
sungun
in pago
Nithega.

CIn nomine sanctae et individuae trinitatis *Wibaldus* dei gratia Corbeien-
sis ecclesiae abbas omnibus successoribus suis in perpetuum. Notum sit omni-
bus Corb. ecclesiae fidelibus tam presentibus quam futuris quod *Conradus* mi-
nisterialis noster de *Nathesungun* duo molendina in villa *Horhusen* quae be-
neficium suum erant coram fratribus et ministerialibus Corb. ecclesiae nobis
resignauit ea conditione ut post obitum eius et uxoris ipsius fratribus Cor-
beien. pertinerent ipsi autem interim de eisdem molendinis usum fru-
ctum accipiant et pro recognitione solidum unum fratribus annuatim p-
soluant cum vero alteruter eorum decesserit unum molendinum frater

recipiant quod decem solidi. soluit reliquam uero molendinum cum alter
obierit quod item decem solidi reddit. Et sic utraque ad anniuersa-
rium utrorumque fratribus seruiant. manum quoque unam in *Nathesungun*
qui soluit quicquid solidi et XII. iugera in villa *puchusen* quae reddunt soli-
dum unum de patrimonio et hereditate sua idem *Conradus* quia here-
dem non habuit pro remedio anime suae ita ordinauit ut tres solidi ad
luminare beatae marie uirginis in cripta et alii tres ad anniuersarium filiae
suae post mortem suam annuatim pertineant. Domum etiam quandam
katherbike quam a nobis habuit in beneficio resignauit ea conditione ut
eam fratribus Corbeien. in festo conceptionis sanctae marie semper uirginis
ad caritatem ordinarem quod et fecimus ita scilicet ut ipse *Conradus* et
uxor eius *Atelheidis* quam diu uiuerent eam domum non tamquam benefi-
cium sed quasi officium tenerent ut solidum unum pro recognitione

fratribus annuatim inde darent post obitum uero eorum tota domus pensio
quae in X solidis constabit fratribus remaneret et infirmis Corb. hanc
domum ordinet ut fratribus inde in praescripto festo caritatem percuret. Si-
cut itaque dictum est constituimus et de manu prioris eadem domum quam
diu uixerit recipere eum fecimus. Et ne uillicus eiusdem domus *Ger-
hardus* scilicet et filius ipsius de administratione proiciantur quamdiu cen-
sum persolvere poterunt firmiter decreuimus. Sed et quedam mancipia
idem *Conradus* ad seruitium praedictae festiuitatis altari beati Viti tradidit quo-
rum haec sunt nomina. mater *winnike* filia eius *mareburch* filiae istius sunt
mechtildis iuditha *witike* *maregart* *geremot* filius *Bern.* item *Serebort* *Zein-
ric.* filiae *mechtildis* *Atelgart* *mareburch.* item *Sildewe.* *Aluerat.* *Ser-
rat* *osterline.* quaeque istarum feminarum nupsit pro precio pudici-
tiae dabit ad altare duos solidos: quicumque puerorum praedictae etatis a ser-
uitio patris liber esse uoluerit det sex denarios ad altare et seruiat cui
uoluerit excepto si idoneus est ut mansus aliquis ei committatur. Ut
ergo haec omnia fratribus Corbeien. pro omnia futura tempora nullus successorum
nostrorum uel aliquis hominum sine uoluntate et conuentione eorum refrin-
gere uel auferre praesumat sub inuocatione diuini nominis patris et filii
et spiritus sancti et sub interminatione tremendi iudicii dei haec eis confir-
mamus et testibus annotatis sigillo nostro corroboramus. Si affuerunt:
tota congregatio fratrum Corbeien. ministeriales autem *Eluericus.* *Thidericus.*
Ludolfus. *Rabano.* *Selmwigus.* *Godescalcus.* *Conradus.* *Conradus.* item
Conradus. *Reinberus.* *Eremfridus.* *Folwinus.* *Wernberus* et alii mul-
ti.

Ab anno
983 usque
1001. im-
perante
Otto-
ne III.

ti. Actum Corbeie anno dñice incarnationis M. C. LIII. III. kal. martii.
anno ù prelationis dñi *Wibaldi* in Corbeien. ecclia VII.

Sigillum vide in
Tab. VI. num. 5.

Hæ litteræ date sunt anno 1153, prius scilicet, quam abbas noster *Wibaldus*, imperatorem in Italiam est secutus. Et quamvis eis significetur, *Conradum*, ministerialem de *Natbesungen*, hereditatis fuisse exortem, accipiendum tamen id ita non est, quasi nullus dominus de *Natbesungen* superstes remanserit. In litteris enim comitis Lodewici, de Euerstein dicti, infra (§. 466) producendis, ad annum 1280 datis,prehendimus *Iohannem de Natbesungen*, qui anno 1276 consul fuit ciuitatis Huxariensis, uti comprobant litteræ sequentes, quas e membrana adiungere volupe est. En illas.

Anno dñi M. CC. LXX VI. die scõrum Fabiani et Sebastiani.
Nos *Volmarus de Brunswik*. *Gobertus comes dictus Besworn*. *Johannes de Natezungen*. *Nicolaus de Luchteringen*. *Hermannus Rodolfi*. *Arnoldus dictus Byls*. *Arnoldus de Voltesen*. *Sifridus p̄mus*. *Syfridus de Halleßen*. *Zenricus monetarius*. *Johannes dictus Borcholt*. consules constituti ciuitatis Huxariensis. Notum sit omnib. ad quos hoc scriptum puenerit. quod nos in honore scõ uirginis genetricis dñi marie factotibus in nra ciuitate Huxariensi morantib⁹ dedim⁹ unam fraternitatē. que uulgari nomine *gilda* nuncupatur. talem statuente pactiōnem. ut si aliquis extrane⁹ p̄dca fraternitatem uelit acquirere. det I talentum cere ad candelam factam marie uirgini et III solidos graues. quorum duo cedent consilibus et duo in ulum fraternitatis p̄taxate. Ne igitur imposterum oriatur dubitatio de hoc facto. p̄sentē paginā cōscribi fecim⁹ et nre ciuitatis sigilli munimine roborari. Datum Huxarie anno incarnationis dñi p̄notato.

Sigillum vide in
Tab. V. num. 3.

Inprimis autem memoratu dignissimus est *Bertoldus*, de *Natezungen* dictus, cuius meminerunt litteræ Hermanni comitis de Euerstein, anno 1393 datæ. Ipsas litteras huc inseruisse multis, uti speramus, erit gratissimum:

Wy *Zerman Greue to Euersteyn* bekennen in duffem breue de besegelt is myd unsem segel vor uns un unse Eruen un eyndrechtich syn geworden myd unsem Zeren Abbede *Boden* synen nakomelingen des rīchtes *Corueye* un myt dem capitele darfulues in duffer wise alse hir na gescreuen steit. Also dat wy un unte eruen willen un scoller vorwaren unfer beyder deyl *des slotes Zoltesmyne* myt erer tobehorighe truwelike na alle unfer macht an borghe an vorborghe an Wicbeide un wo et uns to ghevallen is un noch mach van dem ghewynne dat wy daran gewunen hebben van duffer neygesten tocomende vort ouer dre Jar na giste dusses breues un dar scollen se uns to itlikem Jare unse geuen vis lodige mark to iuweliken paschen eder to twe punt peninghe vor de mark also to *Huxere* gynchge un geue is. ock scol wy un unse eruen an duffem vorg. *Zoltesmyne* vorbuwen festich lodige mark eder so twe penighe also to *Huxere* ginge un geue is. Bynnen duffen vere Jaren vorg. also twintich lodige mark an deme torn un dertich lodige mark an eyne hus uppe der borch un teyne an eynen vorwercke un duffe


dusse festich lodige mark vorgefer. scal abbet *Bodo* un sine nakome-
 linge un syn capitel uns half weder geuen edder io *two punt petighe* er gubere
vor ilike mark alzo to *Huxere* ginghe un geue is. Unde wat uns nante
 Corbe-
 ian
 Thiatma
 10.
 duffir vorg. drier Jar gulde un des geldes dat wy daran vorbuwet hed-
 den entseten worde na vorlope duffer vorgnten drier Jar dar scol wy
 dat slot *Zoltesmynne* vore ynne beholden alzo lange wente uns dat de-
 get un al betaled wert un wen uns dat betaled is so scol wy dem vorg.
 unsem heren abbet *Boden* synen Nakomelingen un synē capitele *Zoltes-*
mynne weder antworden in ere were un to eren rechte in alle in syn-
 ner wyse alze uns dat beuolen hebbet. Et en were dat uns dat af-
 glinge an unsen dangh edder myd gewalt afghedrunge so scolde wy
 dat holden na utwysinge der *vorbunt breue* de wy over dat slot *Zol-*
tesmynne gegheuen hebbet un al de wyle dat wy dat slot ynne hedden
 van erer wegen scal dat des vorgefer. unses heren abbet *Boden* synen na-
 komelingen un fines capitelē un bynamen der van *Zuxere* open slot syn
 to alle eren noden un se scollen uns un unsen eruen vor scaden bewarn.
 Un were ok dat wy dar wat to gewonnen dar ze uns behulpich to weren
 dat unfer māne nicht en were dat wolde wy myt en deylen wen wy en
 ere slot wedder antworden alzo vorgef. steyd. Un wy *Zerman greue*
 to *Euersteyn* vorg. hebbet al duffe vorg. artikle un eyn iuwelck besun-
 dern en truwen gelouet un an de hylghen gesworen myt upgerichtē
 liffiken vlesliken vyngeren un staten eyden vor unse eruen stede un
 vast to holdende ane argelift. vort mer wend dat ienich borst edder
 bracke an duffen vorgef. artiklen un puntten sammet edder byfundern
 scheghe wo de to komen des hebbe wy gebeden unse vrunt de hir na
 gescreuen stad greue *Henrike to perremunt unse Broder Bertolde von Na-*
tezungen Cort Rebocke vor uns to louende. Un wy *Zenrik greue to*
Perremunt vorg. Bertold von Natezungen Cort Rebock bekennet in du-
 sēme seluen breue dat wy hebbet ghelouet un louet unse bede willn
 greue *Zermans greue to Eusteyn* vor en un sine eruen myt sameder
 hand wend dat ienich borst edder bracke gescheghe alze vorgefcreuen
 steyd den borst edder bracke scolde wy bynnen vertheynachten eruul-
 len wanne wy darūme gemant wurden in unse hus edder in unse
 ieghenwordicheit edder dem portener dar wy wonhaftich sint werd dat
 wy daz nicht en deden so scolde wy ynryden to *Zuxere* un dar nicht
 ut de borst und brake worde deger un al eruult unuortoget. un wy
 borgen vorgefcreuen louet dit in guden truwen al duffe vorgefcr.
 article un puntte samed un bifundern stede un vast toholden an arge-
 list. werdok dat duffer vorg. borghen welk aff velle dat got friste dar
 scolde wy greue *Zerman* vorgefcr. edder unse eruen bynnen eynen
 mande eynen andern alzo gud in de stede setten un de scolde louē in
 eyme sunderlicken breue al duffe stücke vorg. un artikle to holdende
 un de bref scolde duffeme unschedelick syn. al duffe vorgefer. article
 un puntte hebbe wy *Zenrich greue to perremunt. Bertolt von Natezun-*
gen. Cort Rebock. unse bede willen un ghelouffte Greuen *Zermā-*
zu Eusteyn to tuchnisse un mer kuntscap semplichen unse segele ge-
 hangen an duffen bress. Datū anno dñi M. CCC. XCIII. in die
 marci.

Ex his *Hermannii comitis de Euerstein* literis primo conclusimus, *Henrici co-*
mitis de Perremunt patrem dictum *Hermannum* anno 1393 intra diem palma-
 rum et diem Marci evangelistæ fuisse mortuum. Sunt enim aliæ litteræ ad ma-
 nus, in quibus die palmarum *Hermannus comes de Perremunt* filium suum
Henricum adhuc nominat domicellum, qui in his literis appellatur comes, et
 probabiliter, *Hermann*o patre ante diem Marci mortuo, regimen comitatus Pyr-
 montani suscepit. Deinde autem censuimus, in eisdem literis verba, *unse*
Broder (frater noster) ad *Henricum comitem de Perremunt* referri non posse.
 Nec

Ab anno
983 vique
1001 re-
gnante
Otto-
ne III.

Nec de fororio ea explicari queunt. Comitis enim *Henrici de Perremunt* vxor erat soror Mauricii et Henrici comitum de Spegelberge, testantibus ipsius comitis Mauricii litteris ad annum 1418 datis, quas ex autographo in *Historia Corbeiensi* producemus. *Bertoldus* ergo, de *Natezungen* dictus, frater *Hermannis comitis de Euerstein* fuerit oportet. Dolemus, quod eius sigillum est fractum, siquidem alias *Bertoldi* origo Euersteinensis euidentius posset demonstrari. Probabiliter autem *Bertoldus* ille se eo modo dominum de *Natezungen* dixit, quo se Otto VII, de *Euerstein* comes, nominavit dominum de *Buren*. Id eos hanc ob causam fecisse putamus, quia hic in vico *Buren*, ille vero in vico *Natezungen* arces seu domicilia et quedam bona habuerunt, quae ex hereditate progenitorum suorum ad eos videntur fuisse deuoluta. Cum itaque Euersteinenses comites et Brunoniana stirpe sint orti, arbitramur, eos quoque, qui in villa *Natezungen* bona hereditaria tenuere, ex eadem gente manasse.

Nomen *Brunonis*, episcopi *Herbipolensis*, persuadere nobis potest, ad Brunonianam stirpem illum spectasse. Quamuis enim sciamus, alios eum dicere *Conradi Carinthiae ducis filium*, alios *caesaris Conradi II patrualem*, alios eiusdem *Conradi e sorore nepotem et materna prosapia comites Querfortenses attingentem*; negamus tamen, id villo testimonio scriptoris coetanei comprobari posse: censentes, epitaphium, quod *Bruchius* illi *Herbipoli* factum scribit, nec esse aetatis supparis nec genuinum, sed a recentioribus profectum positumque. Cognatum fuisse eum *caesaris Conradi II*, negari non potest. Saxonem fuisse illum, veritati aequae consentaneum est. *Brunonem* in collegio *Goslariensi* praepositum egisse, tradit monachus *Hammerslebensis* Tom. II. S. R. B. Leibn. p. 507. Cum autem anno 1034, quo *Bruno* *Meginhardo Wurtzburgensi* episcopo successit, teste *Chronica August.* Tom. I. S. R. G. Frcheri p. 495, de collegio *Goslariensi* constituendo nondum cogitatum fuerit, *Brunonem* inter *Goslarienses* praepositos referre non possumus. Praepositus fortasse is erat in *Harzburgensi* collegio, inprimis quod, cognatione propinqua cum *caesare Conrado Brunonem* coniunctum fuisse, credimus. *Conradum* enim *Harzburgense* monasterium vehementer dilexisse, perhibent. Quoniam cognationis gradu *Bruno* *caesarem Conradum* contigerit, id ipsum patet e *Chronico* nostro *Corbeiensi* et coetaneo, in quo annotatum legimus, *Brunonem*, episcopum *Wirzburgensem*, *Brunonis aduocati Corbeiensis*, patrum anno *MXLV*, obiisse. Ex hoc testimonio colligimus, *Brunonem*, episcopum *Herbipolensem*, ipsius *caesaris Conradi* priuignum fuisse. Id vero vt curate ob oculos ponamus, schema quoddam genealogicum inferere libet, ex quo eius copula consanguinitatis, intercedens *Brunonianae* domui et *Caesari Conrado II*, disci potest et oculis ipsis manibusque contrectari. En illud:



Comi-

Comites *Hiddi* ac *Luidolfum* fuisse filios *Brunonis* ex *Gisla* natos, demon-
strauimus iam supra §. 104. not. (n) *Luidolfum* comitem præterea fuisse pa-
trem *Brunonis* aduocati Corbeiensis, atque *Echerti* marchionis; l. c. itidem com-
probauimus. Quodsi itaque *Bruno* episcopus Wirziburgensis fuit patruus *Bru-*
nonis aduocati Corbeiensis, sequitur, eidem episcopo fuisse patrem *Brunonem*
et fratres *Hiddi* ac *Luidolfum* comites. Neminem ergo negaturum censemus,
Brunonem, episcopum Wirziburgicum, filium eius fuisse *Brunonis*, quem comi-
tem appellant Brunuicensem. Id enim ipsum comprobant bona, a Brunone
episcopo per hereditatem paternam possessa. Ea erant in Paderbornensi epi-
scopatu sita, et quidem haud procul a villa nostra *Nathesungen*, quin immo in
ipsa villa *Nathesungen*. In villa *Sunrike* amplissimum Episcopus habuit præ-
dium. Villa hæc olim conspicua fuit in secundo et fertili solo non procul ab
oppido Borgentrick, dudum vero desolata est, ut præter rudera et templi ve-
stigia nihil amplius supersit, ex quo incolæ in oppidum Borgentrick vicinum
demigrarunt. Tabulas, quibus demonstramus, eadem bona fuisse *Brunonis*
episcopi, e MSpro adiungimus hæc:

er guber-
name
Corbe-
iam
Thiat-
maro.

C Bruno annuente diuina gr̃a wirzburgensis ep̃us notum esse uolu-
mus nunc et semper potestati regie omniq. pontificali dignitati pari-
terq. illustribus uiris ducibus marchionibus comitibus omnibusq. Xpi
fidelib. maxime autem successoribus ñris quod curiam quandam in pa-
therburnensi episcopatu sitam ex re nomen habentem *sunrike*. id est.
regnum singulare. quam ex paterna possedimus hereditate ob eterne re-
munerationis spem obtulimus deo sc̃oq. martyri eius kiliano cum
omnibus appendiciis suis. uidelicet ministerialibus litonibus manci-
piis agris cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarumq. decursibus
piscationibus molendinis siluis uiuis et inuis exitibus et redditibus que-
sitis et inquirendis usq. in secula seculorum. hæc uero ex sincera de-
uotione oblatio et iusta traditio ñra quo ordine et tempore facta sit
quia non minus patere uolumus scriptis approbamus quod in die nati-
uitatis sc̃i Iohannis baptiste in ec̃lesia completo sermone ad populum
audiente clero et populo a p̃dicta curia propositum deteximus sed ef-
fectui mancipare usq. in diem assumptionis sc̃e marie uirginis indu-
ciauimus ut si forte quis per compositas rationes uoluntati et delibe-
rationi ñre contradicere uellet se tum p̃sentie ñre exhiberet. super
qua re accepto consilio ex prudentia fidelium ñrorum decreuimus an-
nuatim dum uiueremus confratribus ñris in festo b̃ti patroni ñri mar-
tyris kiliani sex salmone et in festo sc̃i andree ap̃li ad uestituram
eorum quadraginta marcas argenti procurare ex supra dictis p̃dictæ
curie utilitatibus et de ceteris nondum expositis nec in pagina ex-
ponendis quia in duabus tabulis ereis concatenatis in capella *sunri-*
ke locatis litteris legibilibus insculptis semper quantitas reperitur. de
exitibus et redditibus de cultis et incultis et de singulis supra no-
minatis que sacerdoti qui eidem p̃sent capelle deo suisq. seruiendo
queque nobis iustitie seu summo uilico ñro debeat reperiantur
et attinentes proprietati ñre ministerialium iure in eisdem tabulis suis
nominibus ne illorum posteritas a suo iure possit alienari. illi quo-
q. suis nominibus de utroq. sexu qui duos fundos cerę quolibet
anno persoluant et de cetero ab omni exactione tam priuata quam
communi liberi quam diu uiuant existant item *litonum* iusticia
prout exigit utilitas et necessitas de singulis singula ut sint in me-
moria a generatione in generationem. præterea talem obtinere ius-
ticiam *litones non uxoratos* statuimus ut uno anno duobus solidis
leuis monete seruitium suum redimant uel seruiant et altero anno
non seruiant nec seruitium redimant sed indigentie et utilitati sue

M m m

con-

Ab anno
983 vsq̄ue
1001. re-
gnante
Orto-
ne III.

consulant. femineo autem sexui redemptionem XII leuium num-
morum statuimus. *ministerialibus* uero *nr̄is* hoc officium iniungi-
mus ut singulis annis tantum III. ex eis in tempore messis ad p̄-
dictam curiam ueniant et *uillico* consulant ut una cum illo de re-
ditibus uniuersis debitum exquirant et suscipiant. quorum unum
nomine richboldum p̄ ceteris nobis familiarem transulimus in
consortium et iul ministerialium eccl̄ie *nr̄e* cui cum femina que-
dam libera et liberis orta parentibus nomine richere legitime nu-
pisset mansos duos in *natesingun* cum omnibus attinentibus utrisq̄.
in beneficium concessimus. insuper quod et illa arbitrata fuit ut
libertate sua et eodem beneficio cum posteritate sua potiretur. his
itaq̄. ordinatis circa que plurimum regni celestis desiderium studio-
sus nos reddidit et sollicitos statuimus ut post exitum uite *nr̄e* fi-
delis in domno frater ep̄alis dignitatis in eccl̄ia wirzeburgensis suc-
cessor quolibet anno in festo sc̄i michaelis cum duobus canonicis
suis et X. militibus *sunrike* ueniat ibiq̄. tribus septimanis et ultra ad
placitum queq̄. pertractando permaneat et *uillicus* ei cum subditis
uillicis de omnibus uoreuuerken cum multa copia seruis conuoca-
tisq̄. ministerialibus et tota familia in die sc̄i michaelis eos conui-
uio participare faciat et adductis secum canonicis II. poledros dari
iubeat sicq̄. quolibet anno incipiens a summis et prioribus eccl̄ie
sue usq̄. ad infimos eandem gratiam impendat. *ministerialibus* au-
tem qui tempore messis cum uillico exploratores totius redditus et
debiti extiterint similiter II. poledros dari iubeat. in p̄memoratis
quoq̄. tabulis ereis legendo iura et instituta *nr̄a* p̄uideat et de
CCCVIII mansis et de quam plurimis rebus eidem curie attinenti-
bus uniuersum debitum eodem tempore persoluendum exquirat cuius
summa CCIII marcas sunt. inde VI salmones magnos fatis et
quingenta marcas p̄notato tempore domni et fratribus persoluat
inde quoq̄. XII pauperibus gr̄a et misericordia indigentibus quo-

quo anno in XLa et qualibet die cuiq̄. illorum pro remedio ani-
me *nr̄e* panem unum similaceum sufficientem magnitudine tres ba-
tarios ualentem cereuisia tria allecia et in parasceue V unal linei
panni cingulum ex coreo ceruino cutellum et uaginam calceos II.
ex corio hircino procurabit amplius duas marcas argenti quas ue-
nerabili fratri *nr̄o* *Rodbaro* ep̄o et omnibus ex diuina gr̄a p̄suntur
patherburn. eccl̄ie ep̄is danda aut equam tantum ualentem disposui-
mus eo uidelicet tenore. ut omnia bona eccl̄ie *nr̄e* que longe ni-
mis a tuitione *nr̄a* remota eis uero commode sita sunt tueantur.
postquam igitur hec omnia ex attentissimi cordis *nr̄i* p̄meditatione
fuerant contexta communicato canonicorum eccl̄ie *nr̄e* tam iunio-
rum quam seniorum consilio. quia indictus a nobis terminus dies
uidelicet assumptionis sc̄e marie uirginis iam instabat. domnum
nr̄um serenissimum imperatorem *Chuonradum* archiep̄um *Bardonem*
confratrem *nr̄um* *Rodhardum* patherburn. in moguntina eccl̄ia con-
uenimus et eos multa supplicatione ad hoc induximus quod ad ce-
lebranda p̄dictę dici solemnia uenturos se *wirzeburg* promiserunt
quod et adimpletum est. ipsa uero die assumptionis sc̄e marie
nobis missam celebrantibus finito sermone ad populum sub testimo-
nio et p̄sencia xp̄i et p̄dictorum principum scilicet imperatoris
Chuonradi Bardonis archiep̄i et totius eccl̄ie uota *nr̄a* deo sc̄oq̄. ki-
liano in oblatione sepius denominata nulla hominum contradictione
persoluimus et h̄orum petri et pauli ap̄lorum et iam dictorum
ep̄orum *nr̄oq̄.* banno et omnium animarum deo consecratarum
confirmauimus ita ut quicumq̄. cuiuscunq̄. conditionis et potestatis
homo curiam *sunrike* que oblatio *nr̄a* est ab usu eccl̄ie alienare uel
presumpserit uel iura et instituta *nr̄a* qualia continent p̄sens pagina
et tabule ereę aliquo modo immutauerit perpetui anathematis uin-
culo

culo obligatus eterne damnationi cum iuda traditore subiaceat. Quare fratribus nris tam presentibus quam futuris per uirtutem obedientie iniungimus ut si quis tam temerarie tam irrationabiliter agere presumpserit ut oblationem nrām a domo dei alienet in illum datam excommunicationem auctoritati aplice significant et ut auctoritate aplice rursus anathemate feriatur elaborent. Uolentes huius itaq. irreprehensibilis ordinationis nrę firmitatem inconuulsam temper permanere quid qualiter actum sit tabulis ereis iam sepe dictis annotauimus presentis chirographi pagine seriatim inscripsimus et sigillo nrō per presentis attestacionis *plumbeam impressionem* confirmauimus ut sit memoriale a generatione in generationem. Confratrem etiam nrām R. patherburnensem epūm uirum per omnia probabilem huic actioni nrę in presenti pagina subscriptionis sue attestacione et sigilli sui impressione testimonium perhibere rogauimus ut eius quoq. scitatis confirmet auctoritas quod sue et nrę ecclie contulimus, ego *Rodbardus* dei grā patherburn. epūf presentis pagine actioni per omnia rationabiliter stabilitę tam subscriptionis attestacione quam sigilli nrī impressione testimonium fidele perhibeo banno epālis auctoritatis qua fungor confirmo ne hęc firmitas ab aliquo temere uioletur nisi eius transgressio anathemate puniatur. Acta sunt autem hęc anno dnice incarnationis MXXXVI. indiēti III. die uero scē assumptionis uirginis marie.

et gubernante
Corbeiam
Thiataro.

Cum uero in his litteris *Bruno* episcopus profiteatur, se bona in *Sunriko* et *Natesungun* ex paterna hereditate accepisse, sequitur exinde, patrem eius *Brunonem comitem* eadem bona iam possedisse. Atque ex eo concludimus, *Ekkbertum*, qui abbacie Corbeiensis in villa *Natbesungun* quatuor mansos largitus est, fuisse auum *Brunonis episcopi*, quia filii et nepotes esse solent heredes bonorum paternorum et aitorum. Fuisse autem *Ekkbertum* hunc *Ekkbertum monoculum*, patet ex eo, quod is ipse quoque tenuit bona, in pago *Derlingo* sita, in quo plura bona habuisse *Ekkbertum monoculum*, iam supra demonstrauius. Quis uero *Thiadmarus* clericus fuerit, pro quo bona in pago *Derlingo* traduntur, non dilucet, non patet. Forſan is erat coniugis *Ekkberti* frater. Ita autem *Ekkbertus Thiadmari* sororius fuisset. Nomen *proximi* in his traditionibus ita sumi, iam supra uidimus. Et quantum coniectura adsequimur, *Thiadmarus* ille filius *Luitarii* ducis, ac frater *Luitarii*, *Aselberonis*, *Theodorici* atque *Asconis* erat, a quibus supra §. 188. comites *Walbeccenses*, *Sommerschenburgicos*, *Supplinburgicos* et *Anhaltinos* deduximus. Fortasse cum hac femina bona quedam in pago *Derlingo* in manus *Ekkberti monoculi* uenere. Hęc autem omnia faciunt egregie ad demonstrandam sententiam nostram de origine *Brunswicensium* comitum e *Westfalia* arcessenda ac de *Brunoniana* stirpe. Quod argumentum perspicaci lectori disquirendum relinquimus. Nihil ergo addimus, nisi ut dicamus, nobis uideri hęc ab *Ekkberto* esse tradita ultimis regentis abbatis Corbeiensis *Thiadmari* annis. Infra enim (§. 430) iam meminere traditiones nostrę *Retharii*, episcopi *Paderbornensis*, qui anno 1009 fato concessit. Cum igitur *Thiadmarus* abbas obierit anno 1001, cui *Hofed* successit, qui anno 1010 animam creatori reddidit, testante *Chronico* nostro MSpto et coetaneo, mutare necessum est consignationem annorum, ad marginem adpositam. Cum uero imperator *Otto III* ad annum 1002 vitam cum morte commutauit, quo

Mmm m 2

electus

Ab anno
983 usque
1001 im-
perante
Otto-
ne III.
et guber-
nante
Corbe-
iam Thi-
atmaro.

electus est in regem *Heinricus II*, nemo non videt, bona, quorum post-
hæc fit mentio, esse Corbeiensibus tradita, imperantibus *Otione III* atque
Heinrico II. *Sunrik*, vox Saxonica, exponitur per regnum suum seu
singulare. Saxones igitur nostri olim pro *sun*, *suo*, pronuntiarunt *sun*.
Ex eadem pronuntiatione restat *Sunlehn* seu singulare prædium, prium
bonum, allodium. Hinc Iuriconsulti, veteris linguæ Saxonicae expertes,
procuderunt, iudice Nicolao Hieronymo Gundlingio in *Gundlin-*
gians, et architectati fuerunt feudum
folare.

